Capitanei loci praesentis Cessionario extradata est.

900 x cessia

Konopacki Eidem Cedit et Statuet.

Coram Generoso Basilio de Tuchowo Ustrzycki Camerario Terrestri Premislien
in locum Magnifici Martini de Krzelsko Madalinski Capitanei loci prae-
sentis subdelegato munusq hoc subdelegationis in se postenus ac bona sua li-
bere et benevole consumente officioq et Actis praesen Castren Capitan Premislien
Comparens personaliter Generosus Martinus Konopacki sanus mente et corpore existens
a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen
recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Premislien Jurisdictioni quo ad
actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus to-
taliter et plenarie subiciendo atq incorporando palam libere publice ac per ex-
pressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo Summam de summa
Duorum millium floren polon ex summa originali Sex millium floren polon
primum et originaliter per Generosum olim Joannem Thomam a Drohowo
Drohoiowski Generoso Nicolao Lesczynski coram Actis praesen Castren Premislien
inscriptam atq in bonis suis propriis et haereditariis videlicet tota et integra
villa Bobisanka in Terra et districtu praesen Premislien consisten modo obli-
gatorio assecurata per eundem vero Generosum Nicolaum Lesczynski sibi recogno-
scenti coram Actis Castren Sanocen seu aliis quibusvis authenticis Regni Nec
non de bonis suprascriptis cessa et transfusa Nec non de inscriptione praefata
originali obligatoria et subsequen cessionaria super summam praefatam Duo-
rum millium floren polon tantummodo servien bonisq suprascriptis summa
eadem oneratis et eidem correspondentibus cum paratis bonorum eorundem
Intromissione tuitione evictione emundatione et pacificatione eorundem per se recogno-
scentem possessione Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate comple-
tentiaq et praerogativa quavis omnibusq et singulis inscriptionum praefatarum
ad summam praefatam Duorum millium floren polon sese referen conditionibus
punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus in universum omnibus
summa quoq Duorum millium floren polon et bonorum summa eadem oneratis

utilitatibus

vtilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisq et pertinentiis quibus universis [illegible] ex praemissis iuris domini proprietatis ac cuiusuis competentiis et praerogativis pro se recognoscente suisq successoribus aut quopiam alio reservando et excipiendo verum prout hoc idem ius cessum praesens summam bonorum summa eadem onerata praemissaq omnia praesens absque ipse met recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant ac eidem serviebant iam ex nunc et de facto Magnifico Martino de Kielsielsko Madalinski Premisliensi et Capitaneo eiusq posteris accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus omneq et integrum ius suum sibi ad praemissa omnia serviens in personam eiusdem Magnifici Capitanei Premisliensis et eius posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus In quod quidem ius cessum summam ac bona praefata summa memorata onerata iam ex nunc et de facto idem Generosus Konopacki recognoscens memorato Magnifico Capitaneo loci praesentis et eius posteris dat et admittit coram officio praesenti realem intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos dic quamprimum voluerit officiose acceptam Per ipsum Magnificum Capitaneum loci praesentis et eius successores Eiusdem cessum summam ac bona supra scripta summa eadem onerata praemissaq omnia praesentibus transfusa cum universis praemissorum omnium et singulorum vtilitatibus et emolumentis competentiisq et praerogativis quauis tenendi habendi et possidendi illis quiete et pacifice vtifruendi ac ad vsus suos et suorum successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi iuxta praefati originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisq cessi et transfusi vigore Debetq et tenebitur memoratus recognoscens Generosus Martinus Konopacki prout se ac suos successores iam et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis memorato Magnifico Cessionario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentibus ipsum Magnificum cessionarium suum et eius successores iam dicto iure cesso summa ac bonis eisdem summa memorata oneratis praemissisq omnibus praesentibus transfusis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq

Conditionis Status et Sexus Cuiusuis existen ex re persona et occasione Sui recogno-
scentis Suorumq Successorum tantummodo et non vltra exorituris In omni iudicio et
officio Regni Semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere
et eliberare indemnemq cum posteris reddere Nec non hoc idem ius cessum totum ab
omnibus in genere Iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super hoc
idem ius cessum totum Summam ac bona Summa eadem oneratas praemissaq omnia
praesentibus transfusa modo quouis cuiusq personarum itidem ex re persona et
occasione Sui recognoscentis Suorumq Successorum tantummodo et non vltra factis et
faciendis tum etiam a quibusuis citationibus in praemissa omnia Superius recensitos
praesentibus abscessa modo quouis importatis et importandis lucris denique et perlucris
processibusq iuris quibusuis in quouis puncto et gradu iuris dependendis in quouis
iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac Super eodem iure cesso toto modo
quouis itidem ex re persona et occasione Sui recognoscentis Suorumq Successorum tantum-
modo et non vltra perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et li-
bera Semper facere atq etiam intromissionem praefatarum eorum officio Ptenti admissam
dumo in fundo bonorum praefatorum praesentibus abscessorum Summaeq memoratae one-
ratorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo
debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere datamq et admissam
eandem possessionem et vsumq fructum praemissorum omnium et singulorum praesentibus
abscessorum nullo modo tam per se quam per alias quasuis subiectas et subordi-
natas personas impedire et adimere ipsumq Magnificum Cessionarium suum et
eius Successores in praemissis omnibus praesentibus abscessis tam in toto quam in parte
non turbari ita vt hoc idem ius cessum praesens Summam ac bona praefata Summa
eadem oneratas praemissaq omnia praesentibus transfusa idem Magnificus Cessiona-
rius Suus cum Suis posteris quiete et pacifice inscriptionis praesentis Cessionalis
vigore tenere habere et possidere queat et possit Idq Sub vadio Similis Summae
Duorum millium florenorum polon per eundem recognoscentem Sive eius Successores me-
morato Magnifico cessionario Suo aut posteris ipsius de non complementum praemis-
sorum omnium et singulorum tam in toto quam in quauis minima parte toties

quoties

quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus memoratus recogno-
scens Generosus Martinus Konopacki debebit et tenebitur prout se ac suos successo-
res in et super bonis suis gntr omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et
habend memorato Magnifico cessionario suo et eius successoribus inscribit et obligat
praesens Generosam Reginam Wotkowiczowna consortem suam legitimam intra decursum
medii anni vel in eventu mortis successores ipsius ad approbandum per ipsam inscriptio-
nem praesentem cessionariam vel similem suo per interesse faciendam ad Acta quae-
vis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia adducere et sistere statuere
ab eaque vel eius successoribus ut praemissa exequantur efficere. Idque sub alio simili va-
dio Duorum millium floren polon per eundem recognoscentem sive illius succes-
sores memorato Magnifico cessionario suo aut ipsius successoribus ob non statui-
tionem memoratae consortis suae vel eius successorum ad exequendum praemissa pro
tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Interea vero tempo-
ris statuitionis eiusdem consortis suae is idem Generosus recognoscens debebit et
tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis gntr omnibus ac
summis pecuniariis quibusvis habitis et habend eidem Magnifico cessionario suo
et eius successoribus inscribit et obligat praesens ipsum Magnificum cessionarium
suum et eius successores ab omni et quavis impetitione iuridica quarumvis
cunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existend ex re
persona et occasione eiusdem Generosae consortis suae exorienda in omni
iudiciis et officiis Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere. Idque sub alio simili
et secundo vadio Duorum millium florenorum polon per eundem recognoscentem
vel eius successores memorato Magnifico cessionario suo vel eius successoribus
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in quav-
is minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus
quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re aliqua
principali ex praemissis non completa complenda. Censens existens memoratus Re-
cognoscens Generosus Martinus Konopacki sive eius successores ad instantiam
memorati Magnifici Martini de Kielbielsko Madalinski Capitanei loci

Cessionarii sui vel eius posteriorum Ad officium praesens Castren. Capitan. Praemislien.
904 Eatque recessu supradicto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadia praefata luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne indicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minoreitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Praemislien. dilationem ibi non recipiendo Nullasq. exceptiones appellationes protestationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello commotionisq. tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Sicque sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wapowski Grochowskiemu Scriptum Roborat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosus Carolus de Rado Domo Wapowski Sanocensis et existens a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusq. suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemislien. Iurisdictioni quo ad actum praesentem attrahit se cum successoribus ac bonis suis qntis omnibus totaliter et plenarie subiciendo dixit inviolabiliter palam liber publice ac per expressum recognovit Quia ipse se ac suos successores et super bonis suis qntis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habendis et habendis inscribit et obligat praesens Scriptum certum manuale per se

recognoscen.